



Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impressionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum peccatores seipso diligent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ex charitate diligendi, sed culpa eorum Deo contraria sunt, & ei beatitudinis impedimentum. Vnde secundum culpam, qua Deo aduersatur, sunt odiandi qui cumque peccatores, etiam pater, & mater, & propinqui, ut habeat Luc. 14. Debetemus enim in peccatori bus odire, quod peccatores sunt, & diligere, quod homines sunt beatitudinis capaces. Et hoc est eos vere ex charitate diligere propter Deum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iniquos prophetas odio habuit, in quantum iniqui sunt, habens odio iniquitatem ipsorum, quod est ipsorum malum: & hoc est perfectum odium, de quo ipse dicit. Perfectio odio oderat illos. Eiusdem autem rationis est odio malum alicuius, & diligere bonum eius. Vnde etiam illud odium perfectum ad charitatem pertinet.

AD SECUNDUM dicendum, quod amicis peccantibus, sicut Philo dicit in 9.* Eth. non sunt subtrahenda amicitia beneficia, quoniam habeatur spes sanationis eorum, sed magis est, si auxilium dandum ad recuperationem virtutis, quam ad recuperationem pecuniae, si eam amissent, quanto virtus est magis amicitia affinis, quam pecuniae: sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles sunt, tunc non est eis amicitia familiaris exhibenda. Erunt ideo huiusmodi peccantes, de quibus magis praesumitur nocumentum aliorum, quam eorum emendatio, secundum legem diuinam, & humanam precipiuntur occidi. Et tamen hoc facit iudex non ex odio eorum, sed ex amore charitatis, quo bonum publicum preferat vita singularis persona. Et tamen mox per iudicem inflata peccatori prodest siue conuertatur ad culpatem nationem: quia per hoc tollitur ei potestas amplius peccandi.

AD TERTIUM dicendum, quod huiusmodi increpationes, que in sacra scriptura inueniuntur, tripliciter possunt intelligi. Vno modo, per modum pronuntiationis, non per modum optionis, ut sit sensus Plal. 9. Conuertantur peccatores in infernum, id est, conuertantur. Alio modo, per modum optionis, utramen desiderium optantis non referatur ad peccatum hominum, sed ad iustitiam punientis, secundum illud Psal. 57. Letabitur iustus, cum viderit vindictam: quia ne ipse Deus puniens letatur in perditione impiorum, dicitur Sap. 1. sed in sua iustitia: quia iustus dominus, & iustitas dilexit. Tertio, ut desiderium referatur ad remotionem culpe, non ad ipsam peccati, ut scilicet peccata destruantur, & homines remaneant.

AD QUARTUM dicendum, quod ex charitate diligimus peccatores, non quidem ut velimus quae ipsi volunt, vel gaudeamus de his, de quibus ipsi gaudent: sed ut faciamus eos velle quod volumus, & gaudent de his, de quibus gaudemus. Vnde dicitur Hier. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

AD QUINTUM dicendum, quod coniuicere peccatoribus, infirmis quidem est vitandum propter periculum, quod eis imminet, ne ab eis subvertantur. Perfidus autem de quorū corruptione non timetur, laudabilis est, quod cum peccatoribus conuertentur, ut eos conuertant. Sicut Dominus cum peccatoribus manducabat, & bibebat, ut dicitur Matth. 9. conuictus tam peccatorum, quamcum ad consortium peccati, vitandus est omnibus. Et sic dicitur ad Corint. 6. Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis, scilicet secundum peccati consensum.

ARTICVLVS VII.

*Super Questionis vii-
gesimiquinti Arti-
culum septimum.*

Vtrum peccatores diligent seipso.

A D SEPTIMVM sic proceditur.

Videtur quod peccatores seipso diligent. Illud enim quod est principium peccati, maximè in peccatoribus inuenitur: sed amor sui est principium peccati. Dicit enim August. 14. de ciuitate Dei, quod facit ciuitatem Babylonis, ergo peccatores maxime amant seipso.

¶ 2 Præt. Peccatum non tollit naturam:

sed hoc vniuersaliter conuenit ex sua natura, quod diligit seipsum. Unde est creature irrationalis natura liter appetunt proprium bonum, prout, conseruationem sui esse, & a huiusmodi ergo peccatores diligunt.

¶ 3 Præt. Omnibus est diligibile bonum, ut Dion dicit in 4.c. de

dino. sed multi peccatores reputant se bonos. ergo

multi peccatores seipso diligunt.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.

R E S P O N . Dicendum, quod amare seipsum uno modo commune est omnibus: alio modo proprium est bonorum: tertio modo proprium est malorum. Quod enim aliquis amet id quod seipsum est, astimat, hoc commune est omnibus. Homo autem dicitur esse aliquid dupliciter. Vno modo, secundum suam substantiam & naturam: & secundum hoc omnes astimant bonum commune esse id, quod sunt, scilicet ex anima & corpore compositos, & sic etiam omnes homines boni & mali diligunt seipso, in quantum diligunt suipolorum conseruationem. Alio modo, dicitur homo esse aliquid secundum principalitatem, sicut princeps ciuitatis dicitur esse ciuitas. Vnde quod principes faciunt, dicitur ciuitas facere. Sic autem non omnes astimant se esse id, quod sunt. Principale enim in homine est mens rationalis: secundarium autem est natura sensitiva, & corporalis, quorum primum Apostolus nominat interiorem hominem, secundum exteriorem, ut patet 2. ad Chorint. 5. Boni autem astimant principale in seipso rationalem naturam, sive interiorem hominem: vnde secundum hos astimant se esse id, quod sunt. Mali autem astimant principale in seipso naturam sensitivam, & corporalem, scilicet exteriorem hominem: vnde non recte cognoscentes seipso, non vere diligunt seipso, sed diligunt id, quod seipso esse reputant. Boni autem vere cognoscentes seipso, vere seipso diligunt. Et hoc probat Philo, in 9.* Eth. per quinque, quae sunt amicitiae propria. Vnusquisque enim amicus primo quidem vult suum amicum esse, & vivere: secundo vult ei bona: tertio operatur bona ad ipsu: quarto conuicit ei delectabiliter: quinto concordat cum ipso, quasi cum eodem delectatus, & contentatus. Et secundum hoc boni diligunt seipso, quantum ad interiorem hominem, quia est volunt ipsum seruari in sua integritate, & optat ei bona eius, quae sunt bona spiritualia, & etiam affectu opera intendunt, & delectabiliter ad cor proprium rediunt: quia ibi inueniunt bonas cogitationes in p̄fenti, & memoriam p̄teritorum bonorum, & sp̄e futurorum bonorum, ex quibz delectatio causatur. Sit etiam patiuntur in seipso voluntatis dissen-

*Cap. 4. partio
1. ante me-
dium.*

*Liber 9. cap. 4.
tom. 5.*

Secunda Secundæ S. Thome. I 2 sionem,

QVAEST. XXV.

sionem, quia tota anima eorum tedit in unum. E contrario autem mali non volunt conseruari in integritate interioris hominis, neque appetunt eius spiritualia bona, neque ad hoc operantur, neque delectabile est eis secum conuicere redeundo ad cor, quia inueniunt ibi mala, & praesentia, & praterita, & futura, quae abhorrent, neque etiam sibiipsis concordant propter conscientiam remordentem, fecundum illud Psalmi, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Et per eadem probari potest, quod mali amat scipios secundum corruptionem exterioris hominis: sic autem boni non amant scipios.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod amor sui, qui est principium peccati, est ille, qui est proprius malorum perueniens usque ad contemptum Dei, G ut ibidem dicitur: quia mali etiam sic cupiunt exteriora bona, quod spiritualia contemnunt.

A D S E C U N D U M dicendum, quod naturalis amor eti non totaliter tollatur a malis, tamen in eis percutitur per modum iam * dictum.

A D T E R T U M dicendum, quod mali in quantum estimant se bonos, sic aliqui participant de amore sui. Nec tamen est ista vera sua dilectio, sed apparens, quae etiam non est possibilis in his, qui valde sunt mali.

**¶ Super Questionis uis
geferme quinque Arti-
culum etiamum &
nonum.**

3.dii. 30. art.
1. Et virt. q.
2.artic.8. Et
opu.4. c.8.
& opu.180.
15. Et Ro.
12. lec.3.
Enchirid. 1.
exp.73.10.5.

In arti.8. & 9. ad tercera tria. Primo, quod quia regula generalis est, quod praecepta affirmativa, quantum est ex iure naturae, non obligat, nisi in articulo necessitatis, ut author hic infimatur, & in quarto sententiarum expreſſe tenet: ideo nec interior dilectio inimicorum in speciali, nec exterior beneficentia est in praecepto, nisi in articulo necessitatis. Sufficit enim quod homo sit paratus ad faciendum quod tenet, secundi Deum, quando, vbi &c. tenetur: quia præratio animi est præcuditio in omni habente charitatem, non minus quam preparatio animi ad martyrium in articulo necessitatis.

¶ Secundò, q. quia loquitur huius persona, salutare illam, emere, vendere, communari cum illo, & alia huiusmodi, non sunt actus, qui sunt ad communiatorem, sed ad personas i speciali. Ideo non est necessitas, sed perfectionis, quod aliquis inimico suo loqueratur, quod illum salutem, aut aliquid huiusmodi faciat. E: pro-

ARTICVLVS VIII.
**Vtrum sit de necessitate charitatis, ut
inimici diligantur.**

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur quod non sit de necessitate charitatis, vt inimici diligantur. Dicit enim * Augustinus in Enchiridio, quod hoc tamquam bonum, scilicet diligere inimicos, non est tantum multitudinis, quantum creditum exaudiri, cum in oratione dicitur. Dimitte nobis debita nostra: sed nulli dimittitur peccatum sine charitate, q. vt dicitur Proverb. 10. Vt iniqua delicta operit charitas, ergo non est de necessitate charitatis diligere inimicos.

¶ 2 Præt. Charitas non tollit naturam: sed in aquaque res etiam irrationalis naturaliter odit suum contrarium, sicut onus luptum, & aqua ignem. ergo charitas non facit, quod inimici diligantur.

¶ 3 Præt. Charitas non agit perperam: sed hoc videtur esse peruersum, quod aliquis diligit inimicos, sicut & quod aliquis odio habeat amicos. Vnde 2. Reg. 19. exprobrando dicit Joab ad David. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te, ergo charitas non facit, vt inimici diligantur.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Mat. 5. Diligit inimicos vestros.

R E S P O N S I O N E. Dicendum, q. dilectio inimicorum tripliciter potest considerari. Vito modo, vt inimici diligantur, in quantum sunt inimici: & hoc est peruersum, & charitati repugnans, quia hoc est diligere

re mali alterius. Alio modo, potest accipi dilectio inimicorum, quærum ad naturam, scilicet in viuere, & sic dilectio inimicorum est de necessitate charitatis, vt scilicet aliquis diligens Deum, & proximum, ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos suos non excludat. Tertiò potest considerari dilectio inimicorum in speciali, vt scilicet aliquis in speciali moeat motu dilectionis ad inimicū. Et istud non est de necessitate charitatis absolute: quia secundum me, in viuere motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis, quia hoc est impossibile. Evidenter de necessitate charitatis in preparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum ad hoc, q. in singulari inimicum diligenter, si necessitas occurreret: sed quod absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu implcat, vt diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Cum enim ex charitate diligatur proximus propter Deum, quanto aliquis magis diligat Deum, tanto etiam magis ad proximam dilectionem ostendit nulla inimicitia impedita. Sic enim aliquis multum diligenter aliquem hominem, amorem ipsius filios eius amat, etiam inimicos sibi. Et secundum hunc modum loquitur * Augustinus. Unde patet responsio ad Primum.

A D S E C U N D U M dicendum, q. vnaquaque res naturaliter odio habet, qd est sibi contrarium, in quantum sunt inimici, unde hoc debemus in eis odio habere. Debet nam non ob discordem, quod nobis inimici sunt: non autem nobis sunt contraria, in quantum homines sunt, & beatitudinis capaces. & secundum hoc debemus eos diligere.

A D T E R T U M dicendum, q. diligere inimicos, in quantum sunt inimici, est vituperabile, & hoc non facit charitas, vt * dictum est.

ARTICVLVS IX.

**Vtrum sit de necessitate salutis, quod
aliquis signa, & effectus dilectionis
inimico exhibeat.**

A D D U X U M sic proceditur. Videtur, quod ex necessitate charitatis sit, q. aliquis homo signa, vel effectus dilectionis inimico exhibeat. Dicitur n. Iocan. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate: sed ope re diligere aliquis exhibendo ad